RII GIVRBA Lucubrationes *Lugduni* 1673. *f.* editas. *Venetorum* Statuta publicata extant a IACOBO NOVELLO *Venetiis* 1564 4. Vſum vero Iuris Romani in terris Venetis demonſtrat GVARINVS PISO *de Romanorum & Venetorum inter ſe comparatione ad l. 1. ff. de Offic. ei. cui mand. iurisd. Lipſ.* 1614. 8 Ad Ius Heluetiorum pertinent ABRAHAMI de la FANE *Statuta & Leges* Reip. *Bernenſis, Bernæ 1618 f.*

Reip. Venetor.

Ius Helue-ticum.

CAPVT SEXTVM

De

COMMENTARIIS AD DIVERSOS FONTES IVRIS.

§. I.

POſt Fontes Legum laudandi Scriptores illi, qui ad horum intellectum atque meliorem explicationem faciunt, vbi primum habemus tales, qui per Remiſſiones Iuris Ciuilis interpretes indicant. Adgreſſus primum fructuoſum opus eſt M. ANTONIVS DELRIO Regius in Brabantiæ Cancellaria Conſiliarius, editis *Miſcellaneis Scriptorum Vniuerſi Iuris Ciuilis*, quorum editio accuratiſſima eſt, quæ cura PETRI BROSSÆI prodiit *Lugduni 1590. 4.* & iterum *ibidem 1606.* 4. atque inſerta etiam eſt huius Indici, ſiue Sexto Volumini Corporis Gloſſati, Editionis Gothofredianæ, in quibus Interpretes Iuris ad ſingulas leges tituloſque indicantur.

Remiſſiones ad Interpretes Iuris.